



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDXC. Der Prediger-Mönchsorden nimmt die Mitglieder des Domcapitels in seine Brüderschaft auf, am 22. Mai 1491.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

follichen gutlichen Entfcheid und Bethedingt, wie obin gemelt, beftetigt und unfern Willen und Volbordt darzcu gegeben haben, beftetigen etc. Geben ztu Tzerwift, am Mantage nach dem Sontage Oculi, MCCCCXC.

Nach dem Originale.

CDXC. Der Prediger-Mönchsorden nimmt die Mitglieder des Domcapitels in seine Brüderschaft auf, am 22. Mai 1491.

Venerando ac spectabili viro, domino Sigismundo Britzken, sancte ecclesie Brandenburgensis archidyacono atque canonicorum monasterii ac capituli Brandenburg. sacri ordinis Premonstratensis preposito benedigno, omnibusque et singulis concanonicois fratribus suis: Joachim Dameker priori, Hinrico Hyndenberch, Paulo Lyvesfyle et Buffoni de Gulen, senioribus, Andree Grantzow, Johanni Kruger, Sigismundo Netzen, Petro Wetzel, Johanni de Hagen, Petro Zander, celerario, Martino Arentse, Gerardo Dyfeko, Thome Brift, Matheo Randow, Hinrico Haken, Rudolfo de Kloden, Petro Diriken, Johanni Lyest, licentiato, Bartholomeo Molner, Petro Ribbeke, Paulo Haddernsleve, Matthie Termo, Johanni Schonnewarke, Philippo Klitzynk, Johanni Priorth, Lödewico Luderitz, Nicholao Broseke, Johanni Bodeker, Balthasar Lyecen, Petro Beme, Wilhelmo Noppen, Georgio Ryno, dominis et eorum successoribus sibi in Christo sinceriter predilectis frater Joacinus Turrianus Venetus, sacre theologie professor ac totius ordinis predicatorum humilis magister et servus, divine gratie redundanciam et spiritus sancti consolationem. Nuper fide digna michi in Christo karissimi fratris Johannis Botzyn, ordinis memorati predicatorum et sacre diete facultatis theologie magistri et professoris conventus Brandenburgensis informatione accepi, quod vos et vestri predecessores ab olim usque hodie fratribus dicti conventus nostri indissolubili caritatis vinculo uniti fuistis, nec ipsos et spiritualium et temporalium bonorum benedictionibus non destitit prevenire, laudabili atque omni acceptione digna exequiarum ipsorum personali visitatione id attestante et ut pro collatis ipsis beneficiis de spirituali thesauro ordinis nostri grata vicissitudine recompensare dignaremur ab eodem magistro Johanne, presentis capituli diffinitore, michi extitit humiliter supplicatum. Pensatis ergo vestris diuturnis meritis erga ordinem nostrum sedulo peractis, vestris caritatis operibus congratulamur, vobis omnium missarum, vigiliarum, orationum, predicationum, jejuniorum, abstinentiarum, castigationum, laborum ceterorumque bonorum omnium, que per fratres et sorores nostri sacri ordinis dominus noster Jhesus Christus per mundum fieri dederit univrsam, participationem tenore presentium concedo in omnibus specialem in vita pariter et in morte, volens insuper et concedens, ut cum vestri obitus in nostro generali capitulo fuerint nuntiati, pro vobis misse et orationes et alia suffragia injungantur, sicut pro fratribus nostri ordinis defunctis communiter fieri consuevit, ut multiplici suffragiorum presidio et hic augmentum gratie et in futuro mereamini eterne vite premium possidere. In ejus concessionis testimonium sigillum mei magistratus officii duxi presentibus appendendum. Datum Genomanis provincie Francie in nostro generali capitulo anno domini MCCCCXCI in festo Pentecostes ibidem celebrato.

Nach dem Originale.

Ann. Dies die älteste Urk., wo die Jahreszahl mit arabischen Zahlen geschrieben ist, im Archive des Brandenb. Stifts.